


Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-454365-p0001-5

1562

C.e. 40

Script. lat. recent. in Quarto
~~2. N. 25~~
II 2. c. 25.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-454365-p0002-1

# Auguſtinus Da-
# cus Nouus denuo correctꝰ:et in ele
# ganciarũ ꝑceptis per litteras capi-
# tales perpulcre diſtinctus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-454365-p0003-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-454365-p0004-2

# Clariſſimi ac preſtantiſſimi philoſophie doctoris Auguſtini daci Senenſis de varijs loquēdi figuris. ſiue de modo ſcribēdi ad Andream Senenſem yſagogicus libellus Incipit.

SI quis id operis diligēs examinator inſpiciat. hoc mēte ſecū facile cogitabit. q̄ non parū in ſe habet fructus copia dicēdi ⁊ cōmoditas orōnis. ſi recta intelligentia ac determiata animi moderatione gubernet̃. Quas ob res. illa que ceteri inanis arrogantie cauſa ſibi aſſumſere reliquim⁹. Nā illi ne parū ſ̄ multa ſciſſe viderent̃. ea ꝯquiſierūt q̄ nihil ad ꝓpoſitū attinebāt vt ars difficilior cognitu putaret̃. Nos v̄o ea q̄ ad rationē dicēdi ptinē videbant̃ ſumſimus. Nō em̄ ſpe queſt⁹. aut gloria moti. ad ſcribendū venim⁹. ſ̄ vt induſtria noſtra ſtudioſoꝝ voluntatib⁹ moreġeram⁹. Nūc ne nimiū ſumat̃ orō lōga. de re dicere incipiem⁹ Sȝ id vnū ſtudioſos monuerim⁹ Artē ſine aſſiduitate dicēdi nō multū iuuare. vt intelligāt hāc rationē p̄ceptiōis ad exercitationē accomodari oportere. Trib⁹ em̄ hāc artē ꝯſequi poterim⁹. arte. imitatiōe. ⁊ exercitatiōe. Exercitacio ē aſſidu⁹ vſus ꝯſuetudoq̄ȝ dicēdi. Imitatio eſt q̄ impellimur diligēti cū rōne vt aliq̄rū in dicēdo ſimiles eſſe valeam⁹. Ars ē p̄ceptio que dat certam viā rationēq̄ȝ dicēdi. Ideoq̄ȝ p̄n̄s opuſculū in binas ptes haud iniuria diuiſūȝ eſſe videt̃. cui⁹ prima pars. quēadmodū grāmatica oratio queuis. naturali ordie ſtructa exacte ꝑpolite elegāter et ꝯfici ⁊ componi debeat luce clari⁹ edocebit. q̄buſdā dictiōib⁹ ac orōnib⁹ adiectis. q̄ apud Marcū Tulliū

ceteroſqꝫ maiores nr̄os eloquētia ꝯfertos magis vſurpate fuere

Vt quid nāꝫ ſignificent. q̄ue pacto in or̄ombus ⁊ epiſtolis locari

debeāt. dilucide cuiqꝫ clareſcat. Deiñ eadē in ꝑte colores ⁊ verboꝝ

et ſentētiaꝝ frequēti⁹ vſu venientes adiūgent̄. quib⁹ ſine eloquētiſ

ſim⁹ euadē pōt null⁹. Scđa hui⁹ opuſculi ꝑs aliq̄d nō min⁹ ora-

tori neceſſariū ac ꝯducēs ꝯtinebit. q̄ videlicꝫ mō dictaminū ꝑtes

diſtinguant̄. q̄d ꝓſequēdū vitandūue in eis ſit. q̄ue more promp-

te et facile formari pn̄t clare patebit. His ꝑtib⁹ binis abſolutis q̄

libꝫ eis erudit⁹ ſi exercitatiōi materiam accōmodarit. cuiqꝫ volet

epiſtolā pulcherrimā ꝯficē poſſe ſeſe noſcet facillime. Preterea ne

rethorice dignitatē et excellentiā ſilētio p̄teream⁹ Marci Cicerōis

teſtioniū afferam⁹ in primo de oratore ita inquiētis. Quid ē em̄

tāadmirabile ꝙ̄ ex infinita multitudīe hoīm vnū exiſtere q̄ id q̄d

omīb⁹ natura datū ſit vel ſolus vel cū ꝑpaucis facere poſſit. aut

tamiucūdū cognitu atqꝫ auditu ꝙ̄ ex ſapiētiſſimis ſentēcijs gra

uibuſqꝫ v̄bis exornata or̄o atꝫ pollita. aut q̄d eē pōt ī ocio iucūdi⁹

ꝙ̄ ſmo facet⁹ ⁊ nulla in re rudis. Hoc em̄ vno p̄ſtam⁹ vel maxie

feris ꝙ colloq̄mur int̄ nos et exprīere ſenſa poſſum⁹. Ob quā rē

q̄s hoc iure miret̄ ſummeqꝫ in eo laborandū eē arbitret̄. vt q̄ vno

hoies maxie beſtijs preſtēt in hoc hoibus ipis āntecellāt arte ⁊ vſu

q̄ oīm magiſtroꝝ p̄cepta ſuꝑat. At ne plura (que pene ſunt innūe

rabilia) ꝯſectemur. breui ꝯprehēdam⁹ Sic em̄ ſtatuim⁹ ꝑfecti ora

toris moderatiōe ⁊ ſapiētia nō ſolū ipſius dignitatē. ſ ⁊ priuato

rū et plurimorū ⁊ vniuerſe reipublice ſalutē maxie ꝯtineri. Qua

de cauſa ꝑgite vt facitis adoleſcētuli atqꝫ in id ſtudiū in q̄ eſtis

incūbite. vt et vobis honori. et amicis vtilitati. toticꝫ reip. emoli-
Rime ſiquidē partis ita ini mento eſſe poſſitis.
ciū ſumam⁹. Cōſiderātes q̄s res hr̄e debeat elocutio commo
da et pfecta. q̄ maxime oratori accōmodata eſt. Tres em̄ res in ſe
hr̄e debet. elegātiā. cōpoſitionē ⁊ dignitatē. Elegātia eſt que facit
vt vnūq̄dq̄ꝫ pure ⁊ apte dici videat. Hec diſtribuit in latinitatem
et explanationē. Latinitas eſt q̄ ſermonē purū ꝯſeruat ab omi
vicio remotū. Vicia in ſmone q̄ min⁹ is latinus ſit. duo pn̄t eſſe
ſoloeciſm⁹ ⁊ barbariſmus. Soloeciſm⁹ eſt cū in verbis pluribus
cōſequēs vbū ſupiori nō accōmodat. Barbariſm⁹ eſt cū verbuꝫ
aliq̄d vicioſe effert. Hec q̄ rōne vitare poſſim⁹ in arte grāmatica
dilucide diſcem⁹. Explanatio eſt q̄ reddit aptā ⁊ dilucidā orōnē.
Ea cōpat duob⁹ mōis. vſitatis vbis. ⁊ pprijs. Vſitata ſunt ea q̄
vſant in sermōe ⁊ ꝯſuetudīe q̄ttidiana. Propria q̄ eius rei verba
ſunt aut eſſē pn̄t de q̄ re loq̄mur. Cōpoſitio eſt q̄ facit oīes ptes
orōnes eq̄lit ppolitas. ea ꝯſuabit ſi fugiem⁹ crebras vocaliū cō-
curſiones. q̄ vaſtā atꝫ hiantē orōnē reddūt. vt hec eſt. Bacce enee
ameniſſime impendebāt. Et ſi vitabim⁹ eiuſdē littere nimiā aſſi
duitatē. Cui vicio. verſus hic quidē erit exēplo. nā hic nihil phibꝫ
alienis exēplis vti. O tyte tute tati tibi tāta tyrāne tuliſti. Et hic
eiuſdem poete. Quicq̄ꝫ quiſnā quecq̄ꝫ vſqꝫ conueniat neget. Et ſi
eiuſdē vbi nimiā aſſiduitatē fugiem⁹ eiuſmōi. Nam cuius rōnis
ratio nō extet ei. rōni nō eſt fidē hr̄e. Et ſi nō vtemur ꝯtinue ſimi
liter cadentib⁹ verbis. Hoc modo. Flentes plorantes lachrimātes
obteſtantes. Et ſi verborū traiectionē vitabim⁹. niſi q̄ erit cōcin-

na. Quo in vicio eſt Celius aſſiduus. Item fugere oportet longã verborum continuationem. que et auditoris aures. ⁊ oratoris ſpi ritum ledit. His viciis in cõpoſitione vitatis reliquũ operis con ſumendũ eſt in dignitate. Dignitas eſt que reddit ornatã oratio- nem ⁊ varietate diſtinguit. hec in verborũ ⁊ ſententiarũ exorna- tionẽ diuidit. Verborũ exornatio eſt que ipſi⁹ sermõis inſignita continet ꝑpolitione. Sententiarũ exornatio eſt. q̄ non in verbis ſed in ipſis rebus quãdam habet dignitatẽ. Hec de primo ſatis.

De ſuppoſito verbo et appoſito

Sequẽtis id precepti ſe offert notatu digniſſimũ ꝙ videlicet ple na orõ grãmatica. trib⁹ conſtat ꝑtib⁹. ſuppoſito ſcz. v̄bo ⁊ appo ſito. q̄ ꝑtes oratorũ more ſic ordinant. Vt appoſitũ pñcipio. ſup poſitũ medio. v̄bũ vero fine. per q̄venuſte locet. grãmatici cõtra q̄dãmõ faciũt. Dicũt ergo grãmatici. Scipio Affrican⁹ deleuit Carthaginẽ. Oratores v̄o poci⁹ ſic. Carthaginẽ Scipio Affrica- nus deleuit. M. C. vtit familiarit Publio Lentulo grãmatic⁹ ait Orator cõuerſo ordine ſic. Publio lentulo. M. C. familiarit vtit. His exemplis patere arbitramur quemadmodũ plena orõ ſuam ſtructurã (⁊ ſi non ſemp) ſepiſſimũ apud oratores habere debet.

De aduerbio

Nec illud te fugiat huius artis cupidũ. ꝙ aduerbiũ ſuam ſtru- ctionem ante verbũ ſepenumero tenebit niſi ſit excellens vtputa cõparatiuũ ⁊ ſuplatiuũ. tunc em̄ poſt verbũ locari poteſt. Hu- ius p̄cepti hoc ſit exemplũ. Que mihi diligenter mãdaſti. facẽ cu rauí ſtudioſiſſime. Hac de re ſatis ē.

De p̄poſitõe.

Illud etiã nequaq̄ te lateat ꝙ p̄poſitio trifarie ꝯſtrui ꝓbelle põt. Vno nẽpe mõ ſi eius caſua le ex adiectiõ ⁊ ſubſtãtiuo ſit aggregatũ. tũc p̄poſitio ipa interij

ciat. vt maxias ad res hoc cõducit. Ornatiſſimo in loco ſpaciati ſum⁹. Itē iuſtis de cauſis hereticorū genus eradicandum approbatur. Secundo ꝙ ꝑpoſitio ſuo caſuali poſtponatur. Vt illud eſt negociū quo de multis in locis indicatū eſt. Item. hic eſt quo cū ſocietas erat mihi maxima. Tercio ꝙ prepoſitio vna cuꝫ ſuo caſuali inter adiectiuum ⁊ ſubſtantiuū locetur. vt maximā in repu. diligentiam habeto. Item incredibilis in omnes ciues obſeruantia. Item. ſummū in rethorica ſtudiū faciendū eſt. Conſimilia ipſe adijcito. | Eodē ferme pacto agendū fuerit. cū genitiuus cū pluralib⁹ noībus conſtruat. in medio aptius locetur. vt om̄ia reipu. iura inuiolatiſſime ſeruari debēt. Item immania ſceleratoꝝ hoīm flagitia caſtigari debēt. Et ꝑ ntūs gtīs inſponi pōt vt hui⁹ lōgitudo viri. hui⁹ auctoritas loci plurimū valet. Hec trāſpoſitio haudparū ornatus affert. At plerūqꝫ adiectiū nomē ſubſtantiuū venuſte precedit. vt tua dignitas. optīa vtus. diuinū ingeniū. | Id etiā ne omittam⁹ quin cognitu fiat apertum. ꝙ oratio perfecta nonſolum verbū ſemper in calce locatum habebit. quo de in ſecūdo precepto dictum fuit. Verumetiam ſignum aliquod vniuerſale vel affirmatiuū vł negatiuū. aut etiā aliqd excellens vtputa nomē. vel aduerbiū compatiuum. in fine locari pōt orōne ꝑfecta conſumta. De ſigno vniuerſali illud tibi ſit exēplo. Te chariorē habeo neminē. Itē q̄ mihi p̄cepiſti feci omnia. De ſuplatio. Lōge alioꝝ Ariſtoteles euaſit ſapientiſſimus. ⁊ ita de ceteris. De compatiuo. Pauco tpe petrus fact⁹ eſt eloquētior. Relatiui aūt cōſtructio. q: tū facilis. tū ornatum afferēs. haud

De ntīo ⁊ genitiuo.

De adiectiuo ⁊ ſubſtātiuo

De ſignis ac gradibus cōparationis

De relatiuis.

quēquā fugiet. hoc aūt eius p̄ceptū ē vt ip̄m relatiuū vbi cōueni-
enter fieri pōt inicio ſmonis adaptet̄. Hoc pacto. Quod tibi ſit
bn̄placito quin agā ſcio nihil. Etiā hoc vſurpāt oratores vt ip-
ſum an̄cedēs ſuo relatiuo cōcordet. eo cum ſuo v̄bo vl' adiectiuo
diſcōueniēte. vt q̄s mihi miſiſti lr̄as fuere ſuauiſſime. Itē q̄s te-
De gerūdijs cū peperi amicicias mihi fuere g̃tiſſime. Quid: Nōne p̄bellū
fuerit ſi loco gerūdij ī di alicui⁹ noīe gerūdio vtamur. Hoc pacto
Veni cauſa legendi librū. Ornati⁹ m̄lto d̄r. legēdi libri cauſa veni.
Aliud exemplū. Veni gracia gerēdi bellū. ornati⁹ d̄r. gerendorum
bellorū gracia veni. Itē ibo ad audiēdū miſſam. venuſtius effert̄.
ad audiendā miſſam ibo. Pro cōficiēdo epiſtolas hanc materiā
memorie prodidi. pulcrius ita locet̄. Pro cōficiendis epiſtolis. At
in dum gerundio prepoſita prepoſitio inter. admodū honeſte lo
cari habet. et fere ſignificatum preteriti imperfecti coniunctiui p̄-
poſita dum dictione habere ſolet. vt inter cenandum hec accepi.
id eſt. dum cenarem. Inter currendum lucratus fui. id eſt. dū cur
rerem lucratus fui. maxima leticia inter legendum affectus fui
Gerundium vero in do aptius principio q̄ fini adaptetur. hoc
mō. In cātando decipit̄ ſerpēs. Studēdo vir illuſtrior euadē pōt
De poſitiuo. Id v̄o annotatu digniſſimū eſt, vt cū poſitiua exaugē velim⁹
his p. p̄poſitū aut. p̄q̄. in p̄mis. apprīe aduerbiū accedat. hoc mō
Char⁹ eq̄ ſis. et p̄iucūd⁹ vt ſoles. itē viri v̄tute p̄q̄fulgidi p̄ ceteris
in primis honore digni eſſe noſcūt̄. Itē id apprime vtile ē in vita
De cōpatiuō ne q̄d nimis. Cōpatio aūt et ſuplatio haud incōmode. m̄lto vel
ꝛ ſuplatiuo. longe aduerbiū. preponit̄ vt iuſticia alijs v̄tutib⁹ m̄lto p̄clarior

extiſtit. Aliud. Marcꝰ Cicero p̄ ceteris lōge eloquētiſſimus euaſit. Sꝫ nūc ad reliq̄. Cū aliq̄d nobis cōmodū. vtile. delectabile. iucū dūue eſſe oſtēdere voluerimꝰ. tūc v̄tis abſtractoꝝ illoꝝ adiectiuo rū cū v̄bo ſubſtātiuo ſum es eſt ꝯueniētiſſime vtemur

De orōnibꝰ cōmūiorib apd̄ oratores vſurpatis.

Haud minꝰ eſt ꝯſideratu ꝯgruū. ꝙ queq̄ laude vel vitup̄io affi ci trifariā cōp̄imꝰ. Si em̄ vellē oſtēdere Marcū habere magnā v̄tutē. cū v̄bo ſubſtātio ſum es ē cōmodiſſime fiat. vt. M. catho ē magne v̄tutis. M. catho eſt magnꝰ v̄tute. M catho eſt magna v̄ tute. ſ; hoc poſtremū ſplēdidiſſimū eſt. Hāc rē aīo vł mēte cō plector ē ꝯſidero hāc rē. Eodē mō rōem h̄re. i. ꝯſiderare. vt huiꝰ loci rationem habeo. huius t̄pis rationem habeo. In animo eſt ſ;cat in aīo habeo. Animꝰ mihi eſt. ſ;cat volo. Certū eſt mi hi. eſt deliberaui vel decreui. Proſequor te honore. ē honoro te. Aliud. Proſequor te laude. ē laudo te. et ita de alijs. Cōſequor v̄bis. eſt exprimo verbis. Do hanc rem vicio. i. vitupero hanc rem. Do hanc rem crimini. i. criminor hanc rem. Ire in ca ſtra ita ornatius exp̄ſſatur. M. Catho caſtra petiuit. i caſtra ꝓfe ctus eſt. ſe ad caſtra contulit. ſe in caſtra recepit. Inſup̄ haud illepide fit interpoſita nonnūq̄ parentheſi. Verbi gracia. Dedi ſti ad me (que ſumma eſt voluptas) ſuauiſſimas litteras. Item omnes tuos amicos (vt tuis litteris mandaſti) plurimū admi raris. Siłr ē endiadis nō parū oratori cōducit. hoc pacto. Virtu tē ⁊ viꝝ laudibꝰ ꝓſeq̄ nitor. i. v̄tuoſuꝫ viꝝ laudo. Itē. arma viru̅q; cano. i. armatū viꝝ. Alid̄. Virtuteſq; viros aut tāti incendia belli

De iucundi tatis et vti litatis expreſ ſione.

De exp̄ſſione laudis vł vi tuperij.

Animo com plector

h̄re rōnem.

In aīo eſt.

Proſequor.

Cōſequor

Do vicio

Ire ī caſtra.

De parētheſi

De endiadī

Operepreciũ.

Operepreciũ eẽ ſ͞ʒcat mõ vtile eſſe.mõ neceſſariũ.mõ iucundũ. et

Vigiti ãnos

id totũ veteres vſurpãt. Viginti annos hʒ.ita cõmodiſſime
efferẽ. Vigeſimũ annũ agit vl'degit. Vigiti ãnos nat⁹ vel nact⁹
eſt. Si v̕o nũer⁹ fuerit cõpoſit⁹.minorẽ nũerũ p̄ponem⁹.vt vnũ
et viginti annos natus eſt. Sed hec tu te facile intelligis. Ci-

Laborare in eloquentia.

cero laborat in eloquentia ita ornatui accõmodaẽ. Operã in elo-
quẽcia Cicero ꝯſumit. Tp̄us in eloquẽtia cõterit. In ſtudiũ incũ

De meõrie et obliuionis expreſſione.

bit eloquẽtie. Habeo hãc rẽ in memoria nõ min⁹ ornate dicitẽ
teneo hãc rẽ memoria. Hui⁹ rei memoriã habeo. Obliuio v̕o tali

Laudacio vnius rei vltra aliam.

pacto exprimiẽ. Hui⁹ rei me capit obliuio. Excellẽtia admodũ
pulchre exprimiẽ p̱ preẽ vl'p̄ cũ ſuis caſualib⁹.vt Ceſar pre ceteris
bellicis reb⁹ pollebat. Johãnes preẽ ceteros v̕tute valuit .i. vltra

De vagorũ moṟ expreſſione.

ceteros. De vagis morib⁹ exprimẽdis. Johes leui ingenio nat⁹
eſt.moribus facillimis.triſti ingenio et ita de reliquis. Tu ad-

Adhibes fidem.

hibes mihi fidẽ.ornatiori efferetur eloquio. Eſt mihi apud te fi-
des.quod eſt accurati⁹. Naʒ plerũqꝫ ſum es eſt dtõ iunctũ.ſ͞ʒcat
habere ⁊ quodãmõ poſſidere.vt eſt mihi pecunia.i.habeo pecu-
niã. eſt tibi ſumm⁹ honor.i. habes ſummũ honorẽ.eſt mihi tecũ
amicitia. Vñ Virgili⁹in primo eneidos. Sũt mihi bis ſeptẽ pre-

De amicicia

ſtanti corpore nimphe. De amicicia exprimẽda: Tu mihi fami
liaris es.ego te vtor familiariẽ.ego te amice vtor. Certiorẽ facere.

Morẽ gerere

eſt ſ͞ʒcare. Morẽ gerere. eſt cõplacere. Ex ſentẽtia. eſt ſcd̄m vo-

Inferre iniuriam.

luntatẽ. Inferre iniuriã.eſt iniuriã facẽ. Dare veniã. ẽ igno
ſcere ⁊ licentiã dare. Iniens etas. adoleſcentiã pulcherrime ſ͞ʒcat

Dare veniaʒ

Pre ſe ferre.

Ferire fed⁹. eſt fed⁹ cõponere. Pre ſe ferre. eſt v̕bis aut indicijs

aliq̄d oſtēdere. vt hilaritatē Lelius p̄ ſe fert. i. oſtēdit. Sed ſepenu-
mero maioris ſ̄ficantie cauſa. ſubiūctiua impatiuis addunt̄. q̄d
Cicero ſepe efficere ſolebat. quale ē illud. Cura vt vir ſis. Fac ſtu-
deas. Effice vt exellas. | Licet mihi eſſe bonum virum vel bono
viro. vtrūq̄ʒ vſitate dicitur. Sed poſtremum magis oratoriū eſt.

De vnione coiūctiui cuʒ imperatiuo.

Licet mihi eſſe bonum virum.

¶ De dictionibus ab eloquētiſſimis viris magis vſi-
tatis. et primū de nomibus.

Opus ꝑpulchre cu ablt̄io et dt̄o cōſtruit̄. vt op⁹ eſt mihi tua di-
gnitate. op⁹ eſt mihi tua pecunia. Quid᷑: Nōne illud notatu di-
gniſſimū fuerit. vt cū duo noīa fuerit. adiectiuū videlicʒ et ſubſtā-
tiuū. adiectiuū in neutrā vocē transferam⁹. ſubſtantiuū v̄o gt̄io
caſu locem⁹. Hoc pacto. Cū dicere voluero. multā v̄tutē. dicā or-
natius. multū v̄tutis. mlt̄a laus. honeſti⁹ d᷑. multū laudis. Sʒ id
aīaduertēdū eſt. ſi gt̄ūs ille ſ̄ngl̄aris fuerit totā item orationem
ſingl̄ariter exponere debem⁹. ſi pluralis. pluralit̄. vt id dictorū. eſt
ea dicta. multū pecunie. mylte pecunie eſt. | Si cuiq̄ʒ poſitio ad-
iungat̄ negatio. cōtrariū poſitiui vim ac ſignificationē tenet. Cu-
ius rei exempla ſubiiciā. Vir iſte haud illepido ſermone dictū ſu-
um cōſecut⁹ eſt. Nō inepte nobis corā petr⁹ apparuit. | Mu-
nus ornatiſſime ponit̄ ꝑ officio. vt hoc amici mun⁹ eſt. Sed et
partes dictio. pluralit̄ capta. cōſimilē habet ſignificationem. Vt
quēadmodū mee ꝑtes ſunt vobis ſepiſſimū ſeruire volo. | Res
nomē. latū vſitatū diffuſumq̄ʒ eſt. ſ̄ eo pulcherrie vtimur cū poſ-
ſeſſiuis noibus. Hoc mō. Res domeſtica. res vxoria. res familia-
ris et ita de ceteris. | Grādi ornatu vel maior natu ornatiſſime
ſeniorē ſ̄ficat. Reliquū eſt et reſtat magno cū ornatu idē ſ̄ficant.

Opus

De mutatione adiectiui i ſubſtantiuū

De poſitiuo.

Munus.

Partes.

De noīe res.

Grādi ornatu.

Reliquū eſt

Rumoꝛ eſt vt cū diuicie tibi ſint copioſiſſime. honoꝛq̄ȝ cumulat⁹. reliquū eſt
vt moꝛib⁹ optimis vtare. Rumoꝛ eſt.qđ vulgo cognitū eſt.oꝛ
Nullus natus ſmo eſt.Therēti⁹.Rumor eſt meū gnatū amare. Nul-
us a.um.nōnunq̄ ſumiť ꝓ nō.preſertim ſum es eſt verbo adiū-
cto.vt.Reſp:noſtris tēpoꝛib⁹ nulla eſt.i.non eſt.Aliud.Qui vicia
Tant⁹ q̄ntus penit⁹ effugere poſſit null⁹ eſt. Tantus et quātus ſic ſe habēt
vt raro alterū ſine altero in oŕone ponať. vt penſio iſta tanta eſt
Talis ꝛ q̄lis. quāta antehac nunq̄ fuit. Talis ꝛ qualis eo pacto ſe habēt. vt
alterū creberrīe ponať.vtrūq̄ȝ raro.vt talē ſolemus ſentire virum
optimū. ꝛ ſubintelligim⁹ qualē diximꝰ.Oꝛatoꝛ eſt illuſtris qua-
De gtīs iūgē-dis poſſeſſi-uis. lis null⁹ repitur. Licet tam grāmatice q̄ꝫ oꝛatoꝛie gtīos quoꝝ
cunq̄ȝ caſualiū cū poſſeſſiuis quouis caſu ꝑlatis cōiūctione me-
diāte ꝯiungere.vt veni cauſa tua et fratris. Filiū meū et Kathe-
rine diligo.ꝛ ita eſt de ceteris caſibus Ex q̄ de poſſeſſione paulisꝑ
locuti ſum⁹. nō fugiet quēq̄ȝ drn̄a que eſt inter gtīos primitiui et
poſſeſſiui mei tui ſui noſtri et veſtri.quā tandē Priſtianus gram
matic⁹ pulcerrime attingit. Vox nanq̄ȝ eadē eſt.vis ṽo longe di-
uerſa.cū gtūs primitiui ſimplicē poſſeſſionē impoꝛtat. ꝛ cū ſub-
ſtātiuo cuiuſlibet nūeri vel caſus ꝯſtruať. Poſſeſſiui ṽo gtūs du
plicē poſſeſſionē impoꝛtat.ſcȝ vt cū ſubſtātiuo nō niſi ſub ꝯueni
entia ꝯ ſtruať. Hui⁹ rei illud ſit exemplū.Mei amic⁹.eſt me⁹ ami
cus.Sed mei filiȷ̄ amic⁹.duplicē habet poſſeſſionē.Alterā meo in
filio.Alterā filiȷ̄ in amico. Hec eo ſubiȷ̄cim⁹ ne dū oꝛtū inq̄rimus
verboꝝ vi ipſam ignoꝛem⁹.atq̄ȝ in erroꝛē quēpiā impꝛudētes in
Sil̄is.plen⁹ cidam⁹. Sil̄is et plen⁹ noīa.quoꝝ prius dtīo.poſteri⁹ abltō iun

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-454365-p0014-7
DFG

git.oratores vtplurimū ac fere semꝑ ꝯtio iūgunt.hoc pacto. Tu
orū maiorū in dicēdo simillimus eſſe voles.dignitatis vel officij
plen⁹ es. nōnunq̄ vo. ꝟ rariſſime ſuꝑiorib⁹ etiā caſibus iūgunt.
Cū vero de duob⁹ quodāmodo oppoſitis mētionē fecerim⁹.qđ — De ordinatione dictionū
preſtanti⁹ eſt p̄ponat.vt vir et mulier.vtus et viciū. aurū ⁊ argē
tū.iuſticia ⁊ iniuſticia. Si vero vt plus cōmūe et min⁹ cōmūe — Appoſitio.
ſeſe habuerint magis cōmune p̄cedat. vt aīalia. hoīes. leones.
aſini.vitā agūt Qū aūt plura eidē voluerim⁹ attribuere. q̄rū — Auxeſis.
alterū min⁹.alterū magis amplectit. qđ vehemētius eſt poſtre-
mo locetur.vt iohannes tum doctus eſt tum etiam virtute p̄ cete
ris valet. Afficio verbum ⁊ pulcrū eſt ⁊ late patet.nam affi — De verbis.
cio te voluptate eſt voluptatē tibi affero. Afficio te honore.ē ho-
noro te. Afficio te laudib⁹.eſt laudo te. Afficio te vituꝑio. eſt vitu-
pero te. ⁊ ſic de ceteris. Afficiorq̄ʒ dolore.eſt doleo. Afficior triſticia
Latiſſima ē hui⁹ vbi ſ̄ficatio. neqʒ lateat te. afficere ſignificare di-
ſponē. vt id Plinij viua vox magis afficit.i.diſponit q̄ mortua
pellis Conficior vo ablatiō iūctū ꝓ pereo capit vt conficior — Conficior
fame.frigore.etate cōfectus ſum Ceterū nō ignores extrema — De vltimis ſupinis.
ſupina adiectiuis iūcta p̄ſertim plerūqʒ ornate ſignificare gerun
dia accuſatiui caſ⁹ p̄poſita ad dctōe. hoc mō Res difficilis credi
tu.i.ad credendū. Jucundū cognitu.i.ad cognoſcendū. Mirabi-
le auditu eſt ad audiendū. Similia ipſe tui ingenij bonitate cōij-
cito. Illud etiā nullaten⁹ omiſerim⁹ q̄ ſubiūctiuus mod⁹ ꝓ ni — De coniunctiuo.
dicatiō.et illius tpa ꝓ hmōi tpibus interdū haud illepide ponū-
tur.vt velim ꝓ volo.dixeri ꝓ dixi.dixero ꝓ dicā.et ita in alijs hoc



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-454365-p0015-3

**Valeo polleo**

attēto. Notandū eſt valeo ⁊ polleo ỽba abltīs iūcta ornatam reddūt orōnē. hoc pacto. Aureli⁹ Auguſtin⁹ plurimū ingenio valuit. M. C. ī ciuitate auctoritate ad modū pollebat

**Clareo floreo**

Ac clareo ⁊ floreo ỽba eandē ferme rōem hñt.

**Preſto. Ancello.**

Preſto ⁊ āncello ỽba. tū dtīo. tū actō pulcerrie iūgunt. ſepiſſimū tñ dtīo. hoc mō. Hoc laude digniſſimū eſt. vt ꝗ vno hō brutis pſtet. orator ipe hoibus āncellat.

**De frequentatiuis.**

Frequētatiua ꝗ̃ ỽba eoꝝ a quib⁹ originē hñt ſepenūero retinent ac ꝓ ipis ponunt. pſerti ſi qñ ỽbi aſpitas vlla ꝯtingat. vt piecto ꝓ ꝓiicio. lectito ꝓ lego. ⁊ cūs. hoc qñ fiet eruditorū iudicio relinꝗm⁹.

**Caueo**

Caueo ỽbū etſi ſepe ſignat ꝓuideo vt ita lege cautū eſt. perornate tñ actō iunctū ꝓ vito vel fugio vſurpāt eloquētes. hoc pacto. Turpes viri. ingenui mores cauēt.

**Memini.**

Memini verbū vſitatius actō iūgit ꝙ gtīo. vt memini platōis ſententiā. Virgili⁹ in buccolicis. nūeros memi ſi ỽba tenerē. hiſce orōnib⁹ ipe vtare.

**Vaco**

Uaco ỽbū varijs ſtructiōib⁹ pſepe poſitū haud eandē retinet ſ̄catiōis vim vt vaco huic rei. eſt intēdo huic rei. vaco hac re. eſt vacu⁹ ſuz

**Refero**

Refero hāc rē tibi. eſt narro tibi. refero hāc rem ad ſenatum. eſt pono ad ſenatū.

**Euado.**

Euado pornate ponit ꝓ efficior. vt Cicero euaſit eloquētiſſim⁹. Ariſtoteles ſumm⁹ philoſoph⁹ euaſit.

**Fore**

Fore verbū ꝓfuſaꝫ hꝫ ſ̄cationē. ⁊ eſt idē qđ futurū eſſe. vt arbitror te hac in arte nōbiliſſimū fore. Plurimū etiā ꝯducit nob intelligē ꝗ ſunt noīm differētie ⁊ ỽborū diſcrimia Nam ea quoqꝫ res mix in modū exornabit.

**Preſum interſum.**

vt ſi ꝗs ſcit qđ differūt pſum ⁊ intſuz inter ſe ỽba pulcerrie dicet. M. ca. publicis negocijs nō ſolū interfuit ſꝫ etiā pfuit. Vñ inteſſe ſ̄cat comitē eē. peſſe ỽo ducē eē.

**Confiteor Profiteor Gratulor.**

Ego nō ſolū ꝯfiteor qđ ē ꝑ vim fateor. verūetiā ꝓfiteor. i. ſpōte fateor: Gra

tulor tibi gaudeo mihi. Ago gr̄as qđ ē v̄bis. refero gr̄as qđ ē re Ago gr̄as
et factis. Habeo gr̄as qđ eſt in animo. Debeo gr̄as vbi obligatio Hec res mihi
nis vis aliqua cernit̄. Hec res mihi cōducit. eſt hec res mihi conducit.
vtilis eſt. Dono tibi hanc rē. dicitur ſplendidius. dono te hac re. Dono
Fero hanc rem modeſte. moderate. aut equo aīo. eſt. hanc rem Fero hanc rē
modeſte vel pacienter tolero. Et cōtra. Fero hāc rē egre. moleſte.
grauiter vel iniquo aīo. eſt. Hanc rē nō libenter pacior Affe Affero
ro verbū cōmuniſſimū eſt q̄ multis in locis vti poſſum⁹. hoc pa
cto. Secūda fortūa voluptatē mihi affert. eſt. me delectat. Aduer
ſa fortūa affert mihi dolorē. eſt. facit me dolere. Interdico ti Interdico.
bi hac re et nō hāc rē lepidiſſime ꝓferimus. Tulli⁹. in. ij. rethori-
ce. Om̄es quib⁹ aqua vel igni interdictū eſt exules appellantur.
Ille etiā mod⁹ optim⁹ eſt vt ſi q̄s dicturus ſit quēpiā habere. De dignita-
honorē vel mḡratū. vt ex noīe honoris eiuſdē et gero. idē pulcerri tum expreſſi
mā cōſtituat or̄onem. hoc pacto. hic eſt Rome cōſul. hic Rome one.
conſulem ſe gerit. Imperatorem ſe gerit. doctorem. Cicero his Aſſentio.
verbis duob⁹ aſſentio ꝛ aſſencior mō actiua. mō paſſiua voce. eo
dē cū ꝑcato ꝑſepe vtit̄. Eodē pacto đr Imptio vl' imptior itē me- Impartio.
moro vl' memoror in ceteris aūt id fit rari⁹. Vſu veīt ornatiſſimū Vſu venit.
ē ꝓ ꝯtingit. Vſurpare ē frequēti vſu hr̄e. vſurpationē v̄o frequētē
vſū vocāt. Deficio v̄bū actō ꝯſtructū aliq̄d affert ornat⁹ vt defi Deficio
cit me dies. hec res me deficit. vita q̄ꝓrimū mortales deficit. Mā Mandare lit
dare lr̄is. mādare ſcriptis. mādare lr̄aꝝ mōumētis. ē ſcribē. Miſ teris.
ſuz facē ꝓ dimittē venuſtū eſt. Vt hāc rē miſſaz facio. ē dimitto Miſſum fa-
cere
Accedit pro additur q̄uſitatum videri debet. id eſt ſolet. hoc Accedit

modo. Ad meas miſerias dolor maximus accedit id eſt additur.

Confido.

Cōfido verbū alias dtio. alias abltio et ornati⁹ iūgit. hoc more

Credo.

Cōfido tua ỽtute. tua hūanitate. tuo cōſilio et ita de aliis. Credo pro cōmitto ornatiſſimū eſt. Ut mea cōſilia ſemp tibi credidi.

Diligo admiror obſuo

Credo tibi grandē pecuniā. i. cōmitto. Tria ſunt ỽba q̄ ſibi ordine quodā coniungunt. quorū primū leui⁹ eſt diligo. Poſtremū admiror. qđ precipuū et vehemēs eſt. Et eorū mediū obſeruo qđ eſt colo. et veneror. vt veſtram dignitatez diligo obſuo admiror

Neſcio.

Neſcio hanc rē. ornati⁹ eſt ſi dixero. Ignoro. pterit me. fugit me.

Accipere.

latet me. huius rei neſci⁹ ſum. Accipere p audire intelligere aut cognoſcere pbellū eſt. vt rumorib⁹ accepi quorū eſt incertus auctor.

De vſu ſincope.

In ỽbis tā actionē q̄ paſſionē ſcantib⁹ varios exit⁹ cōſiderari oportz. et mō his. mō illis vti. Ut fuere p fuerūt. amarē p amauerīt. videre p videris. videbere p videberis. norā p noueram. triūpharat. p triūphauerat. Sz ne quid fiat cōtra grāmatice pceptionē ſolerter puidendū eſt.

De infinitio.

Illđ etiā fugiat neminē q̄ ſi infinitiu⁹ finito verbo addat infinitiu⁹ ordine pcedat. vt te ad me venire uolo. hac in materia diligētiſſime ſtudere volo.

Preſto ſum.

Preſto ſum ſcat vel adſum vel fere appareo. vt pſto fuit mihi. ſeru⁹ tu⁹ vrbē ingredienti.

Collocare

Collocare apud aliquē beneficiū. eſt bnficiū alicui facere. hoc pacto. Apud Ciceronē bnficiū plurimū collocaui.

Gratificor.

Gratificor tibi hāc rē pclare vſurpam⁹.

Indulgeo.

Indulgeo. eſt operā do. vt nimio ſomno iohānes indulget. ocio indulget. vino indulget.

Verſor

Verſor verbū in frequētiſſimo eſt veterꝫ ac diſertorꝫ hominū vſu. p diffuſa q̄ ei⁹ ỽbi ſcātia. ac variis poteſt

deniqꝫ rõnibꝰ exponi. vt Verſor in multarũ ſtudio litterarũ. vir-
tus circa difficile verſat̃. hoc eſt in difficili cõſiſtit. Verſamur in te-
nebris eſt fere ſumus in tenebris. Et ſicuti exemplis ſuꝑioribꝰ eſt
oſtẽſuꝫ duos ſibi plerũqꝫ caſus poſtulat. Nã actio iungit̃ ꝑ̄poſi
ta inf̃. aut abltio in ꝑ̄cedẽte. Qđ grãmatici frequẽtiꝰ dicũt peto Peto.
te hãc rẽ. ornatiꝰ nec minꝰ latine đr hãc rẽ a te peto Id Cicero i epi
ſtolis plurimũ ꝯſueuit. Inquã vbũ futuri tꝑis crebro ꝑ̃ntis ꝑ̄ Inquam
teritiue loco teſte Priſciãno prio mioris accepimꝰ Sꝫ aliȷ̃s i vbis
variꝰ vſu vẽit. Quid de repeto: nõne ꝑ pulchre põit̃. ſi qđ ei aũceſ Repeto.
ſerit. neqꝫ actũs ſolũ verũetiã abltũs adiũgit̃. vt hãc rẽ mẽoria re-
peto. ⁊ ſ̄cat. vt ꝑmlti eſtimãt nõ qđ teneo memoria. ſ̄ potiꝰ me-
moria voluo ⁊ reminiſcor. M. C. in pricipio de oratore. Cogitãti
mihi ⁊ vetera memoria repetenti Deuincio verbũ ꝑpulchrũ i epi Deuincio
ſtolis ſepenũero ponit̃. ⁊ ſ̄cat obligo. Deuinctꝰ eſt. ſ̄cat obliga-
tus eſt. vel obnoxiꝰ eſt. Cõplector verbũ ꝑdiffuſum eſt ⁊ exor- Cõplector
natũ aliquibꝰ tñ adiectis vt amore atqꝫ beniuolentia te cõplector
Pario verbũ nõ tã vſu venit ꝙ̄ multũ ornatꝰ affert. hoc pacto. Pario.
Fedus. M. cõſule nobis partũ eſt ⁊ honorẽ ⁊ dignitatem noſtre
ciuitatis primꝰ nob peperit. Optimũ factu fuerit ne eiſdẽ mõis. Ne idem di-
aut orõnibus. aut vbis ſepe vtamur. Nã varia plurimũ ꝓbatur ctũ ſepius re
oratio. vt ſic veluti qbuſdã floſculis aſꝑgat̃ orõ. vt ꝓ mori dici- petatur
mꝰ obire mortẽ. oppetẽ. animã expirare. vita excedẽ. vita defungi
et vita migrare. res humanas deſerẽ. ⁊ ita de aliȷ̃s. Conor hãc Conor.
rẽ pulcherrime đr. ꝑ̄ſertim ſi difficilior ſit ⁊ ardua res. vt C. de ora
tore. Magnũ opus atqꝫ arduũ conamur. Id autẽ nequaquã

p̄teream⁹ ꝙ oꝛ̃o infinitia ꝑq̃ſepe loco ſubiūctiue ponaṫ.vt volo te
ad me venire. i.volo vt venias ad me. Te ad ſtudium pꝛoficiſci
volo. Id tñ maximop̄e cauendū ne quid āphibologice cauſetur.

De aduerbijs notatu digniſſimū.

Tum Non etiā ignoꝛandū ꝙ ſi duo aut plura duob⁹ ( qḋ ꝑraro vſu
venit.vni ꝛ eidẽ attribuere velim⁹ vtriqꝫ tū dictionẽ aut ꝛ p̄po-
nam⁹. Exempli cauſa dicā Gayus Leli⁹ vir tū doct⁹ eſt tū ꝓbus
Item magnā eſt in Gaio leticia ꝛ virtus et doctrina. Item cū
ad vniuerſitatẽ tanq̄ mercaturā bonarū artiū ſis ꝓfectus ina-
nẽ redire turpiſſimū ẽ dedecoꝛātẽ ꝛ vꝛbis auctoꝛitatẽ ꝛ mgr̄i. Hec
Satis parū. Tulli⁹ i.3. de offi. Satis ꝛ parū aduerbia gtis iūcta haudparū
dignitatis afferūt.vt parū pecunie.i.parua pecunia. ſatis viriū
Paſſim ·i.ſufficiẽtes vires. Hec hacten⁹. Paſſim.i.ſcḋm oꝛdinẽ ad mo-
Magni dū paſſuū. Pedetẽtim eſt moꝛoſe vel ſucceſſiue. Magni.i.mul-
tū. Sic tanti idẽ eſt ꝙ tātū et ſunt aduerbia Quanti etiā eſt ad-
Crebre. uerbiū. Crebre.crebꝛo id eſt continue vel cõtinuo. Haud pꝛo
Haudſecus. nō.ſecus ꝓ aliter eadem oꝛ̃one perq̄ venuſte ſe habẽt. Sic ac vel
atqꝫ ꝓ q̄ vel quātū ponunṫ vt haudſecus ſencio atqꝫ tu. id ẽ. nō
Eque aliter ſentio q̄ tu. Eque ꝓ ita ſumiṫ.vt Eque te laudo atqꝫ Cice
Partim ronẽ.i.eo modo re tanq̄ vel ſicut Ciceronẽ laudo. Partim ad-
uerbiū in diuerſis oꝛ̃onib⁹ imediate ſe habẽtib⁹ oꝛnate oꝛdinaṫ.
vt qui ciuitatib⁹ p̄ſunt partim ſunt boni.partim nobiles.partim
Alias. populares.. Et eodẽ ferme pacto alias cõſtruiṫ.vt Hoies alias
boni.alias mali.nunqꝫ eiuſdẽ ſunt moꝛib⁹ . Itẽ hoies eodem fere
Nonſolum nati ingenio.alias ridẽt alias v̊o lachrimanṫ. Adhuc illa duo
ſedetiam. ꝯpolitā reddūt oꝛ̃onẽ ſibi inuicẽ reſpōdẽtia quoꝝ alterū nonſolū

vel nonnō aut nontm̄. Alterū eſt ſꝫetiā verūetiā ſꝫqꝫ. hoc pacto:
nō ſolū eloquētia Cicero valuit ſꝫetiā prudētia. Itē nōtm̄ illicitū
verūetiā horrendū facin⁹. N. ꝑpetrauit. Tam ⁊ q̈ in eadē orōne Tam ⁊ q̈
parit̄ ſe hn̄t. vt tā chara eſt mihi patria q̈ tibi vita iūcūda. Tā Tantiſper.
tiſper eſt tādiu. et ꝑ pulcre depoſcit poſt ſe dū dcōem q̄ ſꝫt fere id
qđ eſt donec. Theren. in an. Tātiſꝑ te dici volo meū dū qđ te di-
gnū eſt facis. Perindeac vel atqꝫ ſimul ſumptū valet tm̄ ſicut Perindeac
tanq̈. vt camill⁹ ꝑindeatqꝫ eſſet ſapientiſſimus omniū a cunctis
venerabat̄. Indies aduerbiū ſꝫcat per ſingulos dies. ſiue de die Indies.
in diē. vt Tua dignitas indies creſcit. Quedā ſunt aduerbia q̄
in epiſtolis maxie cōgruūt ⁊ etiā a Cicerone frequētiſſimū vſur-
pata ſunt ſicut. ꝓpediē. q̈ primū q̈cito. ſiue ſtatim. Cōfeſtim Confeſtim
.i. ſtati. Itē poſtridie qđ artis grāmatice expꝑtes exponūt poſt Poſtridie
tres dies. Sed tu ne eodē ducaris errore crede poſtridie ſꝫcare po-
ſtero die. ⁊ eo pacto. M. C. accipit et aliꝫ eruditiſſimi viri. At. i. ſꝫ
Si quis mlta referre velit ꝓ priore ponat primū vel prīo. ꝓ ſe- De aduer-
cūdo deiñ. ꝓ tercio tū vel ꝑterea. ꝓ quarto qđ raro accidit. poſt bijs ordinis.
hec. in calce proſtremū vel poſtremo. Sit huic rei id exēpli. Tria
ſunt q̄ mihi magnā voluptatē afferūt. Primū eīn ꝙ optimū a-
micū nact⁹ ſum. Deiñ autē ꝙ ſingularē tuā erga me teſtificaris
beniuolētiā. Poſtremū vero ꝙ te incolumē vel incolumū fore in
tellexi Qua in re tres inuenim⁹ ꝯiūctōes recto atqꝫ vſitato ordi-
ne q̄ ſunt. enim. vō. aūt. Sꝫ mlto plura ipē facile cognoſces ſi Ci
ceronis ſcripta in primis ei⁹ epl'as lectitabis. Ne ⁊ quidē parti- Ne quidem
cule ī eadē orōne pulcerrime ſunt. ſi quis retē fuerit illis vſus ita
ſcꝫ ꝙ nō ſe ꝯſequātur imediate. ſꝫ mediate. vt Ne vtuoſus q̄dem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-454365-p0021-6

In primis. iohãnes exiſtit ⁊ ita in ceteris. Ablti caſus vl' cũ ꝯmertio ꝑpoſi-
tiõis vel ſine. vi aduerbij ſepe hñt. vt in pmis. i principio vl' pnci-
pali. Vl' ſine. vt paucis. ē paululũ vl' paucũ. Terē. i an. Ades pau
Coram. cis te volo. vl' multis p multũ. Corã cũ accētu in vltima ſyllaba
aduerbiũ ē pulcherrimũ. ſ͛cãs vt ita dicã pſentialiṫ vel i pſentia
quo frequentiſſime docti viri vtunṫ. vt apud M. C. Cupio tecũ
Poſthac. corã iocari. Itē corã tecũ loq̄r. Poſthac eſt poſtea. ſimiliter ante
Poſteaꝙ. hac ē antea. Poſteaquã ē poſtꝙ. Profecto ⁊ reuera aduerbia
Profecto. ſunt affirmãdi: ⁊ ſ͛cant. q̄tũ certe. Trifariã tripliciṫ. q̄drifariã ē
Reuera
Trifariam. q̄druplicitẽ. Plerũq; vel ſepenũero. ē ml'tociēs. Ferme eſt idẽ ꝙ
Ferme fere. Admodũ vel perꝙ i. valde. Eodē pacto adeo accipitur pro
Admodum. intãtũ. Accuratiſſimũ ē diligenter. Nõmõ ē nõ ſolũ. Pauliſꝑ
vel parũꝑ. i. modicũ. Magnopꝑe maxiopꝑe ē diligent. Sũopere.
Nudiuſter- ē ſũma diligẽtia. tãtopꝑe. eſt tãta diligẽtia. Quoad. i. q̊uſq;. Nu-
cius. diuſterti⁹ eſt nũc ē dies terti⁹. vt nudiuſterci⁹ Erfordiã veni. Eo-
dē pacto nudiuſquart⁹ nudiuſquītus ſumiṫ. Mirũinmodũ vel
maiorẽinmodũ ē mirabiliṫ. Quẽadmodũ eſt q̊mõ. Quo pacto
Extemplo ē q̄liṫ vl' q̊ mõ. Extēplo ē ſtati ⁊ nõ dr̄ extīplo. Vñ Hugnitio. Ti
tria deteſtor extīplo tīpora ſalti. Salti eſt aduerbiũ. i. ſaliēter. Jo
hãnes venit ſalti. Rurſuz vl' rurſ⁹. i. iterũ. Nimirũ. i. mirabiliṫ.
Immo. Nedũ. i. nõſolũ. Plane. i. certe. Hacten⁹. i. hucuſq;. Immo ꝑ
duplex m̄ dz ſcribi. Plene. i. ꝑfecte. Pauloplus. i. modicũ poſt
Vtpõte. i. ſicut. Sane. i. certe. Perraro. i. valde raro. Sed ⁊ id ē
Tametſi. tamen. Tametſi. i. q̄uis. Quandoq̄dē. i. certe. Ceterum. i. inſu-
per. Quinetiã id eſt preterea. Adeo penultima correpta id eſt

in tantū. Nonnunq̄.i.aliq̄n. Eque .i.eodē mō. Qz.i.inquantum
Maxime.i.libenter. Qui.i.quō. Vn̄ Therēcius. Nā antea q̄ ſcire
poſſes dū etas met⁹ mgr̄ ꝓhibebat. Vbiubi.i.vbicūqz. Vtut.i.q̄-
litercunqz. Nōmō.i.nō ſolū. Nondū.i.nō adhuc. Jtē vbi in di-
ctis poetarū cōmuniter valet tm̄ quātū poſtq̄ ſ̄ alias in q̄ loco

De ꝑticipijs.

Et quia participiorum ablatiui caſus plerumqz locum tenent
infinitiui vbi. Hinc eſt illud. Saluſtij in Cathelina. Nā priuſq̄
incipias cōſulto et vbi cōſulueris mature facto op⁹ eſt. vn̄ in illa
orōne. Cōſulto .i. cōſulere. Facto eſt facē.

De ablatiuis abſolute poſitis.

Ablatiui caſus nō ſolū
participiorū verūetiā noīm aliorū in orōne ꝯcinne ſolute ponun
tur. p̄ſertim ſi q̄ fuerit talis ſ̄catio. de ꝑticipijs quidē manifeſtū
eſt. vt. Octauiano ceſare regnāte pax vniuerſo orbi ꝑta ē. Dioni-
ſio. Siracuſano. tyrāno ſe gerēte grauiſſima in Sicilia bella ſunt
orta. Sz eodē q̄qz modo alia quedā ſe hn̄t nomina maxīe vero ſi
dignitatū aut honorū extiterint. vt. Cornelio ꝯſule acte ſunt fabu
le. Quidā addūt ꝑticipiū exiſtente. Sz nos ꝓhibemus q̄ ad ve-
nuſtatē orōnis addi oportet. Et itē. Scipione et Galba cōſulib⁹
deuicti ſunt peni. Scipiōe impatore euerſa eſt Numantia. et ita
in alijs.

Fretus.

Fret⁹ a ū. tm̄ incerte originis abltio iunctū eſt et ſ̄cat fe
re cōfiſum aut munitū. vt. veſtra hūanitate fret⁹ ſum. veſtra ſa-
pientia nō ſolū ſ̄ vr̄a quoqz v̄tute fretus ſemp fui.

De participijs futuri tēporis.

Participia
futuri temporis ornatiſſime vſurpātur. vt ad Scipionē lr̄as ſūt
ſcripturus q̄d eſt. debeo ſcribē. Tu ad edes iturus es. quaſi ire debe-
res. et ſic de alijs. Jlla quoqz participia q̄ a paſſiuis manāt ver-
bis. paſſiue quoqz exponi debēt. Vt cuius inſons eſt anim⁹ mul-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-454365-p0023-7

Quanq̄ | etādus nō eſt id eſt mulctari nō dz. Sontes vo.i.rei accuſandi.i. accuſari debēt. De coniūctiōib⁹. Plurimū etiā ſmonē exornat ꝯiūctio aduerſatina.q̄q̄.hoc mō. Quāq̄ oim amicoꝝ lr̄e mihi ſunt iucūde. tue tn̄ ſp gratiſſime fuere. Quāq̄ te antehac diligebā.mō tamē ob ſingularē amorē ac vtutē etiā vehementer admiror.

Vel. et | Vel ꝯiūctiuo (ſicut ⁊ dictio) cū aliq̄ adiūxerit haud parū ornat⁹ affert ſi gemiata foret queadmodū coiungibilia ſunt plura. vt Sortes vel ſtudet vel ocio vacat. Eodē pacto exēpla de et poni poſſunt.

Quin | Quin ꝑticl'a etſi varijs modis poni poſſit pulcerrime tn̄ ea vtimur cū dixerim⁹ Nō poſſuz quin tibi gratulor. nō poſſuz quin doleā.

Verum. Preter ea. | Vel mltis in locis ꝓ etiā rectiſſime cōgruit.vt hanibal fuit impator vel oim prim⁹. Verū ꝓ ſed ornatū eſt. Ceterū ē p̄terea. Sedq; vel etq; ꝓ exquo accipit̄. Preter ea ita vulgariſat̄. vber alles das. Tametſi vel etſi.ꝓ quāuis a Cicerone vſurpatū eſt. Neu.id eſt vt nō. De p̄poſitionibus.

Ex vel e | Ex vel e p̄poſitio ꝑq̄ornate ponit̄ loco a vel ab prepoſitionis.

Per p̄poſitio addita nomibus vel verbis per cōpoſitionē auget et valet quantū valde vt perdoctus. id eſt valde doctus. per bellum id eſt valde bellum.

Ex et de | Ex et de prepoſitiones cōpoſite vehementer amplificant id eſt augent vt Exoro id eſt valde oro vl' impetro Therē. in an Gnatū vt det oro vixq; exoro id eſt impetro. Exm̄ ſcdi Depcor id eſt valde p̄cor. Nōnunq̄ tamē etiā mutāt vel minuūt ſ̄catū vt dehortor id eſt nō hortor. Alid. forma dignitas defloreſcit morbo In p̄poſitio ꝓ erga.aliq̄n.ꝓ ꝯtra pulcerriā eſt actō p̄poſita. vt Me⁹ in te anim⁹ ſemꝑ fuit ꝓ̄ptiſſim⁹

id eſt erga te. Mea in te beniuolentia. eſt erga te. Juuenalis inuehitur in Neronē. Cicero habuit orationem in Cathilinam id eſt contra. Clā plerūq̧ ꝑpoſitio eſt. et nōnunq̄ aduerbiū. ſ; oratores prepoſitionem potius accipiūt. Clam me profectus eſt id eſt me neſciente receſſit. Non etiam fugiat aliquem differentia inter erga et cōtra. Nam erga dicit beniuolentiam. Contra vero aduerſitatē repreſentat. Prepoſitio perſepe q̄ ꝑponi ſolet. poſtponitur eadem ſignificantia manente. et in quibuſdam quidam ſemper. que ſunt mecum tecum ⁊ ſic de alijs. in quibuſdam autem non ſemper. vt qui cum. quo de. quibus ſuper. te propter. Et in his potiſſimū ea eſt prepoſitionum tranſlatio quas modo numerauimus. Sequunt̄ colores. — Clam / Erga / Contra

Vius partis prime reliquum in colorum notificatiōe cōſumendum eſt. Quorum primus eſt dictus Repetitio q̄ ita cauſatur. Cum continenter ab vno atq̧ eodem verbo in reb⁹ ſimilibus et diuerſis principia ſumūtur. hoc modo. Vobis iſtud attribuēdum eſt. Vobis gracia eſt habenda. Vobis res erit honori. Jtem Scipio Carthaginē deleuit. Scipio pacē peperit. Scipio pacē ſ;uauit. Jtē. nū iuſiurādū reliquiſti. nū amicos ꝓdidiſti nū parenti man⁹ intuliſti. Hec exornatio multū venuſtatis hab; tū ğuitatis plurimū. q̄re videt̄ eē adhibēda ⁊ ad ornādā ⁊ ad exaugendā orōnez. Conuerſio ē ꝑ quā nō vt añ ꝑmū repetim⁹ verbū. ſ; ad poſtremū ꝯtinent̄ reuertimur. hoc mō Penos ppl'us roman⁹ iuſticia vicit. armis vicit. libertate vicit Jtē. ex q̄ tpe ꝯcordia de ciuitate ſublata ē. R. p. ſublata eſt Jtē. C. Lelius hō nou⁹ erat. ingenioſ⁹ erat. bonis viris amic⁹ erat. ğ in hac ciuitate primus erat. — Repetitio / Conuerſio.

Complectio. Complectio eſt que vtramqꝫ complectitur exornationem vt re-
petatur idem primū verbū ſepius et crebro ad idem poſtremū v-
bum reuertatur hoc pacto. Qui ſunt qui federa ſepe ruperūt. Car
thaginenſes. Qui ſunt qui crudele bellū geſſere. Carthaginenſes.

Contentio. Contentio eſt cū cōtrarijs reb9 orōe cōficitur hoc mō. Cū tacito
eſt opus clamas. cum tibi loqui cōuenit. obmuteſcis. Item ades
abeſſe vis. Abes reuerti cupis. In pace bellum queritas. in bello

Sententia. pacem deſideras. Sentēcia eſt oratio ſumpta de vita que qd
ſit aut quid eſſe oportet in vita breuiter oſtēdit. hoc pacto. Diffi-
cile eſt illū virtutem revereri. qui ſemꝑ ſcda fortuna eſt vſus. Itez
liber eſt is eſtimand9 q̄ nulli turpitudini ſeruit. Itē. egēs eque eſt
is qui nō ſatis hꝫ et is cui nihil ſatis eſſe pōt. Sapiēter cogitant
qui tēporibus ſecūdis aduerſos caſus reformidāt. Cum ratione
ſententias raro interponi cōuenit. vt rei actores non viuendi pre-
ceptores eſſe videamur. Cū ita interponunt̄ multū afferūt orna-

Articulus menti. Articulus dicit̄ cū ſingl'a v̄ba interuallis diſtinguent̄
ceſa orōne. hoc mō. Acrimonia. voce. vultu inimicos ꝑterruiſti
Item inimicos inuidia iniurijs ꝑfidia ſuſtuliſti. Et hoc crebrius

Similiterca-dens. ꝑuenit. Similitercadēs exornatio. eſt cū eadē conſtructione
verborū duo aut plura ſunt verba que ſimiliter eiſdē caſib9 effe-
runt̄ hoc modo. Huic omnis in pecunia ſpes eſt. a ſapientia eſt
animus remotus. diligentia cōparat diuicias. negligentia ani-

Similiterde-ſinens. mū corrumpit. Similiterdeſinens eſt cū etſi caſus non ſunt
in verbis tamē ſimiles exitus habēt. hoc modo. Turpiter audes
facere. nequiter ſtudes dicere. viuis inuidioſe. delinqs ſtudioſe. lo-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-454365-p0026-4

queris odioſe. Gradatio eſt qua non prius ad ſequēs verbum Gradatio.
deſcenditur. q̄ ad ſuperius conſcenſum eſt. hoc pacto. Nam q̄ re
liqua ſpes manet libertatis. ſi illis qd libet licet. et quod licet poſ
ſunt. et qd pn̄t audēt. ⁊ qd audent faciūt nobis. ⁊ qd faciūt nob
moleſtū non eſt. Itē. Affricano induſtria virtutē. virtus gloriā.
gloria emulos cōparauit. Definitio eſt que rei alicuius. ꝓpri- Definicio
as amplectitur poteſtates breuiter et abſolute. hoc modo. ma-
ieſtas reipublice eſt in qua continetur dignitas et amplitudo ci
uitatis. Non eſt iſta diligentia ſed auaritia. quia diligētia eſt ac-
curata ꝯſeruatio ſuorū. Auaritia vero iniurioſa appetitio alieno
rū eſt. Tranſitio eſt que cū oſtēdit breuiter quid dictū ſit. pro Tranſitio
ponit itē breuit̄ quid cōſequat̄. hoc modo. Modo in patriā cuiuſ
modi fuerit intellexiſtis. Nūc in parētes qualis extiterit accipite
Occupatio eſt cū dicim⁹ nos p̄terire. aut nō ſcire. aut nolle dicē Occupatio.
id qd tunc maxime dicim⁹. hoc pacto. Nō dico te a ſociis pecu-
niā accepiſſe. Non ſum in eo occupat⁹ ꝙ regna. ciuitates domus
oīm depopulat⁹es. furta. rapinas omēs tuas omitto. Non dico
ꝙ iniuriarū ſatis mihi intuliſti. nec vnquā vt decuiſſet ſtudio
vacaſti. Hec exornatio haud parū cōducit. Diſiunctio eſt cū Diſiunctio.
eorū de quib⁹ dicimus. aut vtrūq̄. aut vnūquodq̄. certo ꝯcludi-
tur v̄bo. Sic. P. R. Numātiā deleuit. Cartaginē ſuſtulit. Corithū
deiecit. Fregellas euertit. nihil Numātinis vires corporis auxilia
te ſunt. nihil Carthaginenſib⁹ ſciētia reimilitaris adiumēto fuit
nihil Corinthiis calliditas erudita p̄ſidiī tulit. nihil Fregellis mo
rum et ſermonis ſocietas opitulata eſt. Cōiunctio eſt cū inter- Coniunctio



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-454365-p0027-9

poſitiõe verbi ⁊ ſuperiores ꝑteſoronis cõprehendũtur ⁊ inferio-
res. hoc pacto. Forme dignitas. aut morbo defloreſcit. aut vetuſ-
Adiunctio] tate. Adiunctio eſt cũ verbũ quo res cõprehenditur nõ inter-
ponim⁹. ſꝫ aut ꝑmũ aut poſtremũ collocam⁹. ꝑmũ hoc mõ De-
floreſcit forme dignitaſ aut morbo aut vetuſtate. poſtrenũ forme
Conduplicatio. dignitas aut morbo aut vetuſtate defloreſcit. Cõduplicatio ē cũ
rõne ãplificatiõis. aut cõmiſeratiõis vni⁹ aut plurimorũ ṽborũ
fit iteratio. hoc pacto. Cõmotus nõ es cũ tibi mr̃ pedes amplexa
retur. non es cõmotus. Itẽ. nũc etiam audes venire in horum cõ
ſpectum ꝓditor patrie. proditor iuquam patrie venire audes in
horum conſpectum. Vehementer commouet eiuſdem verbi remi
Interp̃tatio gratio. Interpretatio eſt que nõ iterans. idem reintegrat ṽ-
bum. ſed illud commutat quod poſitum eſt alio verbo quod idẽ
valeat. hoc pacto. R. P. radicitus euertiſti. ciuitatẽ fundit⁹ deieci
ſti. Item. patrẽ nefarie verberaſti. parẽti ſcelerate manus intuli-
Circuitio ſti. Circuitio eſt oratio rem ſimplicẽ aſſumta circũſcribẽs elo
cutione. hoc modo. Scipiõis prouidentia Carthaginis opus per
fregit. Nam hic nõ niſi ornandi ratio quedã eſt habita. Scipio
eñ potuit et Carthago ſimpliciter appellari. Hec ſunt fere. que
dicenda videbant̃ de verborum exornacionib⁹. nũc res ipſa mo-
net vt deinceps ad ſentẽtiarũ exornationẽ tranſeamus.

Diſtributio. Diſtributio eſt cum in plures res aut perſonas negotia diſpar-
ciuntur. hoc modo. Senatus eſt officiũ conſilio ciuitatem iuua-
re. Magiſtratus eſt officiũ opera et diligentia conſequi ſenatus
volũtatẽ. Populi eſt officiũ res optimas et hoĩes ydoneos maxi

me ſuis ſententijs deligẽ et ꝓbare. Accuſatoꝝ officiũ ẽ ad ſenatũ
vl' iudicẽ referre crimina. Defenſoꝝ officiũ eſt diluere ⁊ ꝓpulſare
Teſtis eſt dicẽ q̄ ſciat aut q̄ audierit. Hec ẽ oꝛnatio copioſa. ꝯphen
dit eñ breui mlta. ⁊ ſuũ cuiqꝫ tribuit officiũ. ⁊ res diuidit plures.
Diminutio ẽ cũ aliqd ineẽ nobis. aut his q̄s defendimꝰ. aut na- Diminutio
tura. aut fortũa. aut ab ĩduſtria dicimꝰ egregiũ. qđ ne qua ꝑcetur
arrogãs oſtẽtatio. diminuit̃ ⁊ attenuat̃ orõe. hoc mõ. Nã hoc ꝓ
meo iure dico me laboꝛe ⁊ ĩduſtria curaſſe. vt diſciplinã militarez
nõ tenerẽ in poſtremis. Hic ſi dixiſſet. vt optĩe tenẽt. tametſi veꝝ
dixiſſet. tñ arrogãs viſꝰ eſſet. Diuiſio ẽ q̄ rẽ ſemouẽs a re. vtrãqꝫ Diuiſio
abſoluit rõne ſubiecta. hoc mõ. Cur ḡ tibi nũc obijciã quicquã. ſi
pꝛobus es nõ meruiſti. ſi impꝛobꝰ. non cõmoueris. Item. due res
ſunt que pñt homĩes ad turpe cõpendiũ cõmouere. inopia atqꝫ
auaritia. Te auarũ in fraterna diuiſione cognouimus. inopẽ at-
qꝫ egentem nũc videmus. Exemplũ eſt alicuius facti aut di Exemplũ.
cti preteriti. cum certi autoris nomine ꝓpoſitio. Id rem oꝛnatio-
rẽ facit. cũ nulliꝰ rei niſi dignitatis cauſa ſumat̃. aptioꝛẽ. cũ id qđ
ſit obſcurius magis dilucidũ reddit. ꝓbabilioꝛẽ. cũ magis veriſi
milẽ facit. ante oculos ponit cũ expꝛimit omnia dilucide. Ef- Effectio.
fectio ẽ cũ effingit̃ aut expꝛimit̃ vbis. coꝛpis cuiuſpiã foꝛma. q̄ ad
ſatis ſit intelligendũ. hoc mõ. Hũc iudices dico. rubrũ. breuem. in
curuũ. ſubcanũ. cui ſane magna ẽ in mẽto cicatrix. ſi quo mõ põt
vob in meõriam redire. Habꝫ hec oꝛnatio. tũ vtilitatẽ. ſi quẽ demõ
ſtrare velis. tũ venuſtatẽ. ſi breuit̃ ⁊ dilucide facta ẽ. Breuitas ẽ Breuitas.
res. ipis tñmõ vb neceſſarijs expedita. hoc mõ. M. ꝯſul q̄ndã tribu

nus. deinde primus erat ciuitatis. tum proficiſcit in Aſiam. po
ſtea hoſtis et exul eſt dictus. poſtea imperator. poſtremo conſul.
Habet paucis cōprehenſa breuitas multorum expeditionē. quare
adhibenda ſepe eſt. cum tempus non ſinet cōmorari.

Quantū ad ſecundū huius opis principale. de epiſtolarū par-
tibus moderno more vſu veniētib' dicēdū eſſe videtur. Et primū
de perſonarū determinatōib'. quō pontificimaximo ſcribemus.

Pape — Pontificēmaximū patrē patrie. patrē clemētiſſimū. patrē bea-
Archiepō. — tiſſimū ſanctiſſimūq3 dicem'. Archiepiſcopo. cardīali. patriar-
che. Reuerendiſſimo miſericordiſſimo glorioſiſſimo patri. Eo-
Epiſcopo vl' abbati — dem pacto ſcribem' legato. Epiſcopo vel Abbati maiori ſcri-
Sacerdoti — bitur Reuerendo in criſto patri. Simplici vero clerico. Dilecto.
prudenti diſcreto. ſed melius Honeſto ſacerdoti dn̄o. N. capella-
Abbas monacho — no eccleſie ſctē Marie vginis Erfordenſis. Abbas monachis
ſic ſcribit. Dilecto in criſto filio. N. Capellan' epiſcopo econtra
Venerabili in xp̄o patri. Heremite & Converſo. Dilecto fri adin
uicē ſcribūt. vt dilecto in xp̄o fratri et amico p̄cipuo. Jacobo ar-
Imperatoribus — den carmelite fratri ſinceriter diligēdo. Ad imperatores ſcri-
bemus. Illuſtriſſimo. inuictiſſimo. auguſto. ſacratiſſimo. ſereniſ
ſimo ſemp auguſto. Eodem pacto ad ceteros reges ſcribemus.
Ad marchiones. — Ad marchionē ſiue palatinū. Magnū ducē lātgrauiū illuſtri.
Comitibus. — illuſtriſſimo ſi ſupeminens fuerit ſcribem'. Comiti vero maio-
ri magnifico. egregio ſcribem'. Ad comitē minorē Baronē ſcribe
m' Splendidiſſimo. generoſo. magnifico. ſi vero in armis clarus
Ad mediocres. — erit ſtrenuiſſimo dicemus. Ad mediocres ſcribemus. ſollicito

induſtrioſo. ſollerti. domino. Johanni de kindſperck  Ci- | Cimbus
nes vero ceteroſcꝫ nobiles ſimplices ac prefectos ſpectabiles-
validos. gratiſſimos vocemꝰ. Sed milites ſtrenuos dicamus. | Militibus.
Ceteroſcꝫ vero quoſlibꝫ ſeculares attētos. diligētes. obſequētes. | Plebeis
fideles dicemus.  Ad theologos. Rerū diuinarū interp̄tes. ho | Theologis
mīes diuiniſſimos. omniū diuinarū hūanaꝝcꝫ reꝝ intꝑ̄tes ſpec
tatiſſimos dicemus.  Canoniſtis. pōtificiȷ̄ iuris vl' diuinarū | Canoniſtis
litterarū interpreti digniſſimos ſcribemꝰ  Legiſtas vero iuris | Legiſtis.
cōſultos integerrios. iuſtiſſimos appellamꝰ. hūanaꝝ reꝝ interp̄ti
integerrio Johāni noſtroꝝ temporum conſultiſſimo.  Medi | Medicis.
cos accuratiſſimos. expertiſſimos. diligētiſſimos. ꝓ̄ptiſſimos
vocemus.  Philoſophos modeſtiſſimos. viroꝝ optimos. | Phis.
ſapiētiſſimos nominamꝰ. Mathematicos. ſapiētes. ꝑſpicaces | Mathematicis.
vocamꝰ. Dyalecticos ſubtiles. acutos. ſemꝑ perſpicuos.  Grā | Dyalecticis
maticos. litterarie artis eruditiſſimos. doctiſſimos. benemoratoſ | Grāmaticis
dicemus. Oratores. facūdos. diſertos. limatos. expolitos latino | Oratoribus.
eloquio ornatiſſimos. graues. ⁊ in dicēdo eloquētiſſimos. Ma- | Diſcipulis.
giſter diſcipulo. Optime indolis adoleſcētulo. N. diſcipulo ſuo
dilecto. Vl' ſic. Jn primis Studioſo ⁊ benemorato iuueni. N. ob
ſeruantiſſimo charo diſcipulo ſuo. Studēs ad ſtudentē ſic ſcri- | Studētibꝰ.
bit. Latinarū litterarū ſtudioſiſſimis adoleſcentulis ſiue adoleſ-
centibus ſuis. A ⁊ b. condiſcipulis ſuis. Vel ſic. Litterariȷ̄ ludi vi
gilantiſſimis adoleſcentulis ſuis ſalutē dicit plurimam.  Ad | Parētibus ⁊
neceſſarios. Parentibus et patruis venerabilibus. Auis ⁊ auun- | amicis.
culis honorandis et metuēdis viris. Pater autē ⁊ patruꝰ filio vel | Filio.

Vir vxori ꝛ econuerſo. Notabile

nepoti. Dilecto filio vel nepoti ſcribūt. Vir vxori. Caſtiſſime mulieri. N. chariſſime ac lepidiſſime cōiugi ſue. Vxor viro. Amantiſſimo vel ſuaniſſimo chariſſimoue ſcribere debet. Et illud notandum ꝙ mulierib⁹ ſecularib⁹ ſcribende ſunt determinationes virorū ſuoꝝ. genere grāmaticali dūtaxat variato. vt generoſe comitiſſe. Vñ ponendo ꝙ dux Thuringie reginā aliquā duxerit. ſecūdū rigorē artis debet ei ſcribere duciſſe ꝛ nō regine.

Abbatiſſe ꝛ alijs monialibus.

Abbatiſſe venerabili ſcribem⁹ Magiſtre ꝰo prioriſſe ſeu officiali Venerabili Ceteris aūt monialib⁹ illa determinatio ꝟtuoſa attribuit.

De ſalutatione.

Salutationū. alia lōga. alia breuis. alia ſbintellecta. Lōga ē ſupſcriptionis vel ſubſcriptiōis et ſupraſcriptiōis vna cū affectu cū appoſiti ſbintellectiōe aggregatio. Appoſita ſbintellecta ſūt mādat. mittit. vel dicit. et omittunt frequent ornatus cauſa. Salutatio breuis eſt ſalutis vel alicuius loco ſalutis adoptatio. Salutatio vero ſubintellecta eſt expreſſio ſolius detminationis cum aliquo predicato cōmuni in vocatiuo. vt Reuerendiſſime pater

De ſuperſcriptione

Superſcriptio eſt manifeſtatio perſone mittentis vel perſonarum mittentiū ſuperioris gradus. Et debet habere nomē mittētis. meritum mittentis. loci vel locorum ſpecificationem. Dei gracia particulam. ſcribunt prelati et nobiles ſuperiorum graduum. Sed diuina gracia. ſcribunt cardinales loco dei gracia. Sed papa poſt nomen ſcribit. Seruus ſeruorum dei tantum. Imperator vel rex romanorum addit illam particulam ſemper auguſtus poſt meritum. Vt Sigiſmundus romanorum rex ſemper auguſtus.

Regule generales.

Notandum ꝙ papa ſuperſcribit ſe reſpectu

omniū. ⁊ Imperator ſuperſcribit ſe reſpectu omniū. preter papā. Et nobiles ſuperſcribunt ſe ſuis inferioribus. Scḋa regula Oīs dominus ſuis ſubiectis ſe ſupſcribit. Tercia regula. Prelati et nobiles mediorū graduū pſonis inferiorū graduū ſe ſupſcribūt. Quarta regula. Omnis ſupſcriptio debet fieri in ntio. Vn̄. Scribens ſit rectus cui dat ſalus quoqꝫ cauſa.

Subſcriptio eſt reſeratio perſone mittentis vel perſonarū mittentiū. Subſcriptio habebit nomē ꝓpriū mittentis. meritū loci. vel locorū ſpecificationē. Notandū q' prelati et nobiles ſupremorū graduū ſubſcribētes ſe omittūt illā clauſulā. dei gratia. q̄ ſup in ſupſcriptōe exp̄mit: Excipiunt reges ⁊ epi ſbſcribētes ſe reſpectu p̄cipū nō ſubiectorū. Ptꝫ de rege Anglie ſcribēte regi Francie ⁊ de archiepiſcopo ſcribēte epiſcopo. Vn̄ nota regulas. Prima Ois eq̄lis reſpectu equalis ſubſcribit ſe. Secūda regl'a Oīs iferior ſubſcribit ſe reſpectu ſui ſuperioris. Tercia regl'a Oīs ſubſcriptio ponēda eſt in ntio. Supraſcriptio eſt manifeſtatio eius vel eorū cui vel quibus littere diriguntur. Supraſcriptio debet hr̄e determinationē. nomē ꝓpriū illi' cui mittuntur littere. meritū eius. loci vel locorum ſpecificationem. In chriſto patri ſcribitur prelatis ſupremi ⁊ medij gradus. In chriſto patri ſcribit papa cardinalibus archiepiſcopis et epiſcopis. Filio ſcribit papa omnibus alijs. Principi ſcribitur nobilibus ſupremi gradus. Comiti Baroni vel Militi ſcribitur illi qui eſt talis. Sed viro ſcribit omnibus alijs. Notandum primo q' papa ſcribit omnibus chriſtifidelibus hanc determinationem Dilectus.

De ſubſcriptione.

Notabile

Regule.

De ſupſcriptione.

excipiunt cardinales. archiepiſcopi ⁊ epiſcopi. quib⁹ papa ſcribit hanc determinationē. Venerabilis. Exemplū primi. Dilecto in xp̄o filio. N. Exemplū ſecundi. Venerabilis in criſto patri.

Sciendū q̄ iſti octo termini ſcilicet. patri. fratri filio. principi. comiti. baroni. militi. viro. dicunt̄ predicata cōmunia ⁊ immediata. Communia. q: pluribus conueniunt. Immediata. quia ſemper aliquid ſequitur immediate determinationē. vt illuſtri principi. Venerabili in criſto patri. dilecto filio. Tercio ſciendum q̄ iſti tres termini. comiti. baroni. militi. licet ſint predicata communia ⁊ immediata. nihilominus tamen etiam includunt merita. Dn̄o dn̄o ſcribit̄ prelatis ⁊ nobilibus ſupremi grad⁹ ⁊ medij. domino ſcribitur militi presbitero graduato. Fratri ſcribitur fratribus de ordine mendicantiū Notandū q̄ iſti termini domio dn̄o dicunt̄ p̄dicata cōmunia mediata. quia inter determinationē eorū aliquod ponitur predicatum immediatū vt venerabili in criſto patri ac domino domino Roberto diuina prouidentia epiſcopo Ratiſponenſi dn̄o ſuo gratioſo. Diuina clementia ſcribitur archiepiſcopo poſt nomen ⁊ meritū. ⁊ tunc ſpecificatio loci. demū captatio beniuolentie ſi placet. Ceteris v̄o pricipibus ſcribitur dei gratia loco cognominis. vt illuſtri principi dn̄o domino Alberto Marchioni dei gratia Burgrauio Norēburgenſi domino ſuo gratiſſimo. Notandū q̄ in nomine caſtrorū frequenter includitur meritum nobiliuz infimi gradus. vt valido viro de plaſſenberck. Sacroſancte romane eccleſie ſummo pontifici ſcribit̄ pape. Vt ſanctiſſimo in criſto patri ac dn̄o domino

Paulo diuina miſeratione ſacroſancte romane eccleſie ſūmo pō
tifici. Notandū q̄ iſta aggregata ſummopōtifici ⁊ ſemperau-
guſto dicūtur predicata ſpecialiſſima. q̄ꝛ primū ſoli Pape cōue-
nit. ſecundū vero ſoli Jmꝑatori vel Romanorū regi congruit.
Prima regl'a Oīs ſupraſcriptio ponēda eſt in datiuo. Secun
da ſupraſcriptio ponenda eſt in dorſo littere. Notandū q̄ pre- Regule de ſupraſcriptiōe.
latus dicitur ille qui habꝫ ſub ſe preſbiteros vel clericos in aliqua
eccleſia collegiata vel monaſterio quos habet punire ꝓ exceſſibꝰ
ſuis ⁊ quibus habet mandare dēptis prioribus et gardianis or-
dinū mendicātiū. Hi em̄ potiꝰ dicunt officiati. excipiunt tn̄ eorū
gn̄ales et ꝓuinciales. Salutatio breuis ſeu affectus eſt patefa-
ctio mentis ꝑſone mittentis erga perſonā recipientē. Notandū
oīs affectus debet poni in actio. Affectus pape ad oīes Sa-
lutem et apoſtolicā benedictionē. Et omniū criſtianorū ad pa-
pā. Obedientia ⁊ deuota pedū oſcula beatorū. Prelatorū in-
ter ſe Salutem in domino ſempiternam. Ad ſuperiores autem
ſuos. Obedientiam et ſincerā in domino charitatē Prelatorū
medij gradus inter ſe. ſupra ſe. et ſub ſe. Orationes in dn̄o saluta
res. Ad ſubiectos autē. Salutem in domino. Sed ad ſuperiores
ſuos. Obedientiā cū amore in dn̄o ſalutari. Spiritualiū infi-
mi gradus infra ſe. ſupra ſe. Orationū libamina deuotarū. Ad
ſuperiores aūt ſuos. Obedientiam et oīe bonum. Nobiliū
medij gradus inter ſe ⁊ ſub ſe. Cōplacentiam et honorē. No-
biliū infimi gradꝰ infra ſe et ſub ſe. ꝓmptitudinē ⁊ fauorē. Co-
mitū ⁊ baronū militū ad ſuꝑiores Obſequiū beniuola cū volun

tate. Perſonarum meriti tranſitorũ inter ſe ſub ſe et ſupra ſe. ſiui
ꝓptitudinẽ familiatus. Doctorũ magiſtrorũ ad diſcipulos. fi-
delitatẽ inſtruẽdi. Studentiũ vel diſcipulorũ ad magiſtros vel
doctores. obedientiã in magiſtralibus documentis. Conſangui-
neorũ inter ſe. Dilectionẽ filialẽ ſcribit filius patri. dilectionẽ fra-
ternam. frater fratri. Dilectionẽ paternã. pater filio. Conſangui-
neorũ inter ſe. dilectionẽ amicabilẽ. Notandũ preterea ꝙ om
nis inferior ſcribens ſuperiori in affectu nõ ſcribit ſalutẽ. Ulti
mo notandũ ꝙ vbicunqꝫ nõ habetur affectus ex prenotatis qui
aptari poſſit in epiſtola. tũc formand⁹ eſt a ſubiecto epiſtole nõ
generali. Exemplum de ſubiecto meritorio. Pias reſerandi aures

De exordijs. Notandum ꝙ Tullius in epiſtolis ſuis familiarib⁹ exordia
ponere don conſueuit. ſed in orationibus dumtaxat. Et deſcri-
bit ſic. Exordiũ eſt ꝑ quod anim⁹ conſtituit auditoris ad audi-
endum.

Vicia exordiorum. Vicioſum exordium eſt quod in plures cauſas poteſt
accomodari. quod vulgare dicit. Item vicioſum magis eſt quo
nihilominꝰ aduerſari⁹ põt vti. quod cõmune appellatur. Itẽ vi-
cioſum eſt nimis quod apparatis verbis eſt cõpoſitũ aut nimi-
um longũ. et quod nõ ex ipſa cauſa natũ eſſe videt. et quod ne-
qꝫ beniuolũ neqꝫ docilẽ neqꝫ attẽtũ auditorẽ facit. De exordio ſa-
tis erit dictũ deinceps ad narrationẽ trãſeam⁹.

De narratõe. Narratio apud
Tulliũ ſic deſcribit eſt rerũ geſtarũ aut perinde vt geſtarũ expo-
ſitio. In narratione videndũ erit ne quid perturbate. ne quid cõ-
torte. ne quid ambigue dicam⁹. ne quam in aliam rem tranſea-
mus. ne ab vltimo repetam⁹. ne lõge perſequamur. ne quid quod

ad rem pertinet pretereamus. ne id quod ſemel diximus dein-
ceps dicamus. Si nonſolum quod obeſt ſedetiam quod nec
ſolum obeſt nec prodeſt pretereamus. Et ſi exitus rerū ita expo-
namus vt ante queqꝫ que acta ſint ſciri poſſint. Et ſi ſequa-
mur ea que de breuitate ſunt precepta oia: Nā quo breuior eſt eo
dilucidior ⁊ cognitu facilior narratio fiet Notandū ꝙ prela-
ti et nobiles ſupremorū graduū per totam epiſtolam ſe plurali-
ſant vt mandamus. reſeramus. notificantes. aperientes. Simi-
liter prelati et nobiles mediorū graduum. preſertim reſpectu ſuo
rum ſubditorum. Notandū ſecūdo. ꝙ principiū narrationis et
ſi non ſemꝑ frequenter tn̄ habere ſolet verbū narratoriū. ꝓnomē
abſtractū determiationis. vt veſtre notifico paternitati gracio-
ſe. Petitio eſt rei impetrāde vel rerū impetrādarū poſtulatio et — De petitiōe
habere iubet in principio ſignū vt quapropter eapropter. qua de
cauſa. ob quā rem. nomē abſtractū alicuius p̄dicati communis
vel determinationis aduerbium et verbum petitorium. hoc mo-
do. Ea de cauſa veſtram dignitatem attentius oro. Conclulio — De ꝯcluſiōe.
eſt artificioſus terminus orationis. vnde notanda paucula que
diuturno vſu aſſiduaqꝫ conſuetudine et maiorum auctoritate ex
cogitare oportet que ſunt rationi conſentanea. et hominū opini
oni correſpondere poterūt. ſi prima queqꝫ legendo horum te pre-
ceptorū obſeruantiſſimū reddere ꝓcurabis. Litterarum exitus — De valedic-tione.
ijs ſimilibuſqꝫ verbis claudere vſitatiſſimum eſt. Vale decus
ſeculi noſtri. ſis felix noſtriqꝫ memor viue. vale tibiqꝫ perſua-
deas te mihi chariſſimum eſſe. Vale meqꝫ tibi commenda-

tiſſimū habeas. Cura vt recte valeas. da operam vt recte valeas. vale et nos mutuo dilige. et valitudinē tuam cura diligenter. vale ꝛ meo nomie iohannē ſalutes expto. Tēporis etiā notatio in calce littere plurimū ornatus afferet ſi debite poſita fuerit. Vnde notatu digniſſimū eſt ꝙ illis tribꝫ nominationibus cuiuſlibet menſis dies nominant̄. kalendarū ſcꝫ nonarū iduūqꝫ. vnde primus cuiuſlibet menſis dies kalende nominant̄. ſequentes aliquot dies none dicunt̄. deinde aliqui dicunt̄ idus. poſtremū dicuntur kalende. vt cuilibet kalendariū intuenti facile patere poſſunt. Et hoc modo ponit̄ in litteris. quarto nonas februarij tuarū litterarum monimēta ad me delata fuere. Item ſexto kalen. mar. in domū petrus ſe recepit. ꝛ ita in alijs. Si aūt ꝓ genitiuis menſiū eorū poſſeſſiua noīa finxerimus longe venuſtiꝰ dicemus. Vt ſep: idus apriles. ꝓ aprilis. iij. nonas martias. ꝓ martij. quarto kalen. februarias pro februarij. Et tantū de illa materia.

Epl'a inuitatoria.

Qm̄ meus hꝫ genitor tui amantiſſimꝰ ꝑclari germani mei nuptias magno cū apparatu celebrare. Te orat vehemēter ꝛ maximopere deſiderat easipſas tua dignitate illuſtrare velis et honeſtare. ꝛ vna cum ceteris prelatis doctoribus in cena diſcumbere. hoc enim ſibi ornatiſſimū perſuadebit. Et hoc ſuo de felici ſucceſſu ac ipſi congaudere. et vt amicorum officium eſt. tibi communem hanc fortunam arbitrari. quemadmodum nos omnes pro noſtra in te veteri ac ſumma beniuolentia tue congratulamur voluntati. vale.

De reuentu ad patriam.

Cur enim tibi non gratificer neſcio preſertim cum

his temporibus audatia ꝑ ſapiētia liceat vti. Lentulo noſtro egi per litteras tuo noīe gracias. ſed tu velim deſine iā noſtris litteris vti. et nos aliquādo reuiſes. et ibi malis eſſe vbi aliquo numero ſis. ꝙ iſtic vbi ſol⁹ ſapere videaris. Quāꝙ qui iſtinc veniunt partim te ſupbū eſſe dicūt ꝙ nihil reſpondeas. partim cōtumeliosum ꝙ male reſpondeas. ſed iam cupio tecū coram iocari. Quare fac vt ꝙprimū venias. nec in Apuliā tuā accedas. vt poſſim⁹ ſaluū te veniſſe gaudere. nam illo ſi veneris. tāꝙ Vliſſes cognoſces tuorū neminē vale. Aulo trebonio. qui in tua prouincia magna negocia ꝛ ampla expedienda habet. multos annos vtor valde familiariter. Is cū antea ſemꝑ ꝛ ſuo ſplendore. ꝛ noſtra ceterorūqꝫ amicorū cōmendatione gratiſſimus in ꝓuincia fuit. tamē hoc tpe per tuū in me amorē. noſtramqꝫ viciſſitudinē vehementer confidit his meis litteris ſe apud te gratioſum fore. q̄ ne ſpes eū fallat vehementer rogo te. cōmendoqꝫ tibi omnia negocia ei⁹ liberos. ꝓcuratores. familiā in primis. vt que Apius Decius ea de re decreuit cōprobes. oībuſqꝫ rebus eū ita tractes vt intelligat meā cōmendationē non vulgarē fuiſſe vale.

Lr̄e cōmēdaticie.

De vtilitate facta pro amico. C. ſcribit Apio.

De meo ſtudio erga ſalutē et incolumitatē tuā. credo te cognoſcere ex litteris tuorū. quibus me cumulatiſſime ſatiſfeciſſe certe ſcio. Nec his cōcedo. quanꝙ ſint ſingulari in te beneficencia vt te ſaluū maluerint ꝙ ego. illi mihi neceſſe eſt cōcedāt. vt tibi plus ꝙ ipſi hoc tpe ꝓdeſſe poſſim. quod quidem nec deſtiti facere. nec deſiſtam. et iam in maxima re feci et fundamētū ieci salutis tue

Fac bono an̄io magnoqꝫ ſis. meqꝫ tibi nulla re defuturū eſſe cōſi

*Ep̄l'a narratoria.*

das Vale. Graui teſte p̄uatus ſum amoris ſummi erga te mei patre tuo clariſſimo viro. qui tū ſummis laudibꝰ. tū vno te filio oīm fortunā ſupaſſet. ſi ei ꝯtigiſſet. vt te añ videret ꝙ vita diſcederet. Sed ſpero noſtrā amiciciā nō egere teſtibꝰ. tibi patrimoniū diȷ̄ fortunēt. me certe habebis cui eque charꝰ ſis ⁊ iucūdus ac p̄ri fuiſti. Vale chariſſime.

*De honore amici aq̄ſito*

Mihi vna pluriū voce clariſſima ꝑferꝛ̄. ꝙ laudē in ea vrbe cui p̄es vendicabis. Idcirco tibi ḡtulor q꞉ ꝓſperiꝰ tibi ꝙ aliȷ̄s oppidi p̄torībꝰ acciderit. q̄li aūt fortūa ſint res nr̄e. ne ep̄l'a quidē audeo narrare tibi: ne in manꝰ hoꝝ quos nollemꝰ ꝑueniat. verū id ſolū aſſerere valeo ꝙ ſtatꝰ nr̄e ciuitatis adeo ⁊ debilitatꝰ ⁊ extinctus eſt. vt nihil eā ita oppreſſaꝫ liberet. niſi tua v̄tus q̄ ē ſita in plurimorū cōſpectu Vale.

*Quare mittēde ſint lr̄e.*

Si attente conſideremus. monimētis litterarū multū debemꝰ. q̄bus diuerſe cū inſint iucūditates. viſa eſt hec mihi potior. vt certiores faciamꝰ abſentes ſi q̄d nr̄a aut ipſorū eos ſcire int̄ſit. tū etiā eruditis ep̄l'arū facetijs int̄ ſe iocare licebit. vt animꝰ anxietatibꝰ implicitꝰ q̄ quottidie eueniunt recreet̄. eternū hoc litterarū genere magnoꝑe delector. quāobrem rogo. ſepe vt eo vtare Vale.

Iſagogicus libellus clariſſimi ac preſtantiſſimi ph̄ie Doctoris Auguſtini Daci Senenſis de varijs loquendi figuris ſiue de modo ſcribendi explicit feliciter. Impreſſum Lyptzk per Melchior Lotter Anno dn̄i Milleſimo quingenteſimo quinto.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-454365-p0042-3

153377

AB 153377

ULB Halle 3
002 403 617

56.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-454365-p0043-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-454365-p0044-4

# Auguſtinus Da-tus Nouus denuo correctꝰ:et in ele-gãciarũ p̄ceptis per litteras capi-tales perpulcre diſtinctus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-454365-p0045-9